Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 735
Quelle:
Copyright:

IV. *fol.* 214. *Sermo de Penitentię.* Initium: *Paenitentes Pęnitentes. pęnitentes. ſi eſtis penitentes. et non eſtis inridentes* &c. Eſt quidem inter *Auguſtinianos* edit. *cit.* T. V. numero CCCXCIII. *col.* 1506. ſed, ut ibi notatur, reperitur etiam truncatus inter Opuſcula *Ambroſii* et *Caeſarii.* Sed et apud *Auguſtinum* non niſi Fragmentum Sermonis mihi videtur. Quae in edit. poſt medium uncinis incluſa ſunt, neque noſter *Codex* agnoſcit, quocum legere malo: *felices hinc eunt,* et: *expectat enim tunc reconciliari,* quam: *felices hinc erunt,* et: *expectat etiam* &c. quod habent Edita.

CCXXX. VII. H. 35.

713 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 28. 4. non una manu exaratus ſequentia exhibet: I. Epiſtolam D. *Auguſtini,* quae inſcribitur: *Domino Eximio et merito inſigni atque honorabili filio Bonifacio*, et incipit: *Jam reſcripſeram karitati tuę ſed cum epiſtolę dirigendę occaſio quęreretur* &c. Militis Chriſtiani forma deſignatur his literis ſcriptis circa an. 418. ut cenſent *Mauriani* T. II. *Opp.* qui *col.* 697. eas n. 189. repoſuere.

II. *fol.* 4. p. 2. *Incipit Paulini Epiſcopi. Ad Beatum Auguſtinum Epiſcopum. Auguſtino Paulinus.* Initium eſt: *De paucis quę nunc iam ad nauem currente litterarum perlatore* &c. *Nolanus* hic Epiſcopus eſt, qui circa an. 410. *Auguſtino* Quaeſtiones e Pſalmis, Apoſtolo et Evangelio proponit. Epiſtola legitur T. *ſuprac. col.* 355. n. 121. In *Cod.* habetur: *dum carthagini hiemarem* pro *hyemares.* Sed illud verſus finem: *curam de ſolatio ejus habuiſſet,* cum *Edit.* conſpirat.

III. *fol.* 14. p. 2. *Incipit Ejusdem Beati Auguſtini Ad Eundem Paulinum.* Initium: *Beatiſſimo et venerabiliter deſiderabili* &c. *Quod de peruentione tam proſpera fratris* &c. Reſponſum eſt ad praecedentem Epiſtolam, et legitur T. *cit. col.* 503. n. 149. ubi anno 414. adfigitur eo, quod anterius Reſponſum ad *Paulinum* non pervenerit. Habet Codex cum Edit. *reſcripſeram* pro *ſcripſeram. Indicat* pro *indicant. Conſcientie malorum* pro *retributione malorum.* Sed pro *occulte quippe ſunt miſeri* legit *occulta vel occulti.* Item *verius Iſrael* pro *verus.* Item *ſed electorum* pro *dilectorum.* Ceterum in omnibus III. *Epiſtolis* Textus valde correctus eſt.

CCXXXI. VI. F. 7.

Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. nunc 112. 4. egregie ſcriptus et rubricis diſtinctus ſequentia D. *Auguſtini* complectitur Opuſcula: I. *Liber de Bono Coniugali.* Initium: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars eſt* &c. Finis: *ſed propter chriſtum coniuges. propter chriſtum patres fuerunt.* Extat *Opp.* edit. *Maur.* T. VI. *Pariſ.* 1685. *col.* 319. 391